1509
Morbio 24 (70)

LUDOVICUS Dei gratia Francorum Rex ac Mli Dux etc. Dilectis et fidelibus nris Pretori Alexandrie ac dno Gaviy et Francisco Trotto necnō
salutem. Cum summope cordi nobis sedeat ut exercitus nr quem adversus venetos ductum in prntia sumus omnibus abundet
que ad alendum, et fovendum eum expediunt, delegimus ad singulas civitates nras: quas cisalpes obtinemus ex his nonullos quos caros hemus et quorum fidei
et prudentie plurimu confidimus, ut eorum quilibet iniuncta sibi provincia obeant et totis viribus nitant ut exercitus nr vehementer abundet. Inter ceteros
aute vos nobis occurristis: quibus provincie Alexandrine Derthonen et Astensis onus merito demandandu censeamus tum quia periti locorum estis tum quia
fidei et prudentie vre plurimu tribuimus, speramusq opera vra opinion et desiderio nro satisfactu iri. Volumus igr, ac vobis committimus ut ad
civitates, et districtus civitatu ipsarum, et ad loca eorum, prout expediet vos conferatis, omnemq operā detis ut ex ipsis civitatibus, et districtibus ad ipsum
exercitu nrum traducat et advehat quicqd bladorum, vini, grassorum et victualiu fieri poterit et demu omnem detis opam ut ex ipa regione sentiamus exercitu
nrum ois generis victualiu copia sumari. Tribuentes vobis auctoritate et arbitriu pro pmissis opportunas iussiones, prcepta, et mulctas imponendi, et transmittendi
camere nre ac alia remedia expedientia adhibendi, ita ut hec nra mens citra dilatione effectu, ut res postulat, consequat. Mandamusq ppea omnibus, et
singulis officialibus, et subditis tam nris q feudatariorum nrorum ut in pdictis vobis nō secus ac nobismet ipis pareant, et obediant, provideantq de vehiculis
vectoribus carris et navibus omnibus, que ad conducenda victualia et alia que vos opportuna duxeritis impigre et omni mora cessante pro eo qti gram nram
caripendunt. Datiarijs aute nris, et feudatariorū quibusqq, et portitoribus mandamus ut oia victualia et alia, que ad usum pdicti exercitus nri duci
contigent, transire absq alicuius Datij, et pedagij solutione libere pmittant, et faciant. Et quia nihil magis ad pstanda omniu copiam facere posse videtur
q si acriter poenisq et extraordinarijs afficiant omnes, qui damnu vel iniuriam vel aliquod impedimentu afferre ferentibus eiusmodi psumpserint: ut
libero aio, et oi metu cessante quilibet ad victualia portandu in ipo exercitu nro proficisci queat; omne operā navabitis ut graviter, et sine mora
animadvertat in quemcunq, qui damno, iniuria, vel impedimento afficere quepiam portantiu vel ducentiu victualia ad ipm exercitu nrum psumpserit
nulliusq persone discrimen in hac punitione facienda hebitis, atq ita severe agetis ut qui primi talia moliri psumpserint: ceteris exemplum prebeant.
Qd si pro pmissis expediet ut aliqua proclamata fiant, ea nra auctte fieri faciatis, et alias provisiones adhibebitis que rei qualitas vobis
postulare videbitur. Dat Mli secundo Maij. Mmo qngenmo nono, et regni nri xjmo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877998346-15/fragment/page=0001

Priuilegiu Erectionis Sene Machine

1509 · 2 · may

Patentes insinuantes Regon Alexand. Domino Lauj et Fran.co Trotto ut ad exercitum mittant omnem quantitatem possibile victualium a prouinciis Alexandrina Dhertonensi et Astensi

6

Per Regem ad vnum ex relatione consilij

P

Rinccuallesyns

1509 2/5

Morbio 24
(70)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877998346-15/fragment/page=0002